Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



Dn

et excutite folia eius et dispergite fructus eius fugiat bestie
q̃ subter eam sunt et volucres de ramis eius Verũtamen germen
radicũ eius ĩ terra sinite et alligetur vinculo ferreo et ereo ĩ herbis
que foris sunt et rore celi tingatur et cũ feris pars eius ĩ herba terre
Cor eius ab humano commutetur et cor ferre detur ei et septem tempo
ra mutentur super eũ In sententia vigilũ decretũ est et sermo sanctorũ et petitio
dom cognoscat viuentes quũ dominatur excelsus ĩ regno hominũ et
cuicũq; voluerit dabit illud et humilimũ hominũ constituet super eo
hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor Tu ergo Balthasar
interpretare nam ut festinent omnes sapientes regni mei non
queunt solutionem edicere in te autem potest quia spiritus dei sanctorũ
in te est Tunc daniel cui nomen balthasar cepit tractare intra semet
ipsum cogitare quasi hora una et cogitationes eius conturbabant eum
Responsum autem Rex ait Balthasar somnium et interpretatio eius non
conturbet te Responsit balthasar et dixit Domine in somnium
hoc quod te odorunt et interpretatio eius hostibus tuis sit Arbor
quam vidisti sublimis atque robusta cuius altitudo pertingit ad celum
et aspectus eius ĩ omnem terram et rami eius pulchrimi et
fructus eius nimis et esca omnium ĩ ea subter ea habitabant bestie
agri et ĩ ramis eius commorabant aues celi tu es rex qui magnificatus es et inualuisti et magnitudo tua creuit et pertingit usque ad
celum et potestas tua ĩ finibus uniuerse terre Et quod vidit Rex vigilem
et sanctum descendentem de celo et dicentem Succidite arborem et dissipate illam
Verũtamen germen radicum eius ĩ terra dimittite et vinciatur ferro
et ere ĩ herbis foris et rore celi conspergatur et cũ feris sit pabulum
eius donec septem tempora commutentur super eũ hoc est interpretatio
sententie altissimi quam inuenit super dominum meum Regem Eicient te ab ho
minibus et cũ bestiis feris erit habitatio tua et fenum ut boues
comedes et rore celi infundetur Septem quoque tempora mutabunt super te
donec scias quia dominatur excelsus super regnum hominum et cuicũq; vo
luerit det illud Et quod precepit ut relinquerent germen radicum eius
id est arboris regnum tuum tibi manebit postquam cognouerit potestatem
esse celestem Quamobrem rex consilium meum placeat tibi et
peccata tua elemosinis redime et iniquitates tuas miseriordiis pau